


~~Kato Goto~~

~~1899
1900
1901
1902~~



~~4
H-26~~

Laya 2-65



Comenzar los numeros desde 1. hasta 25, y luego vuelven
a comenzar desde el numero 1.^o y como van se an de
coser.

vident especially at the
bottom where the water is
so shallow and the bottom
is composed of sand and
gravel.

Del R. Pedro de Montenegro
Del Colegio de la Compañía de
Memoriales, Hs. de Granada. B. B. C.
Tratados y varios Papeles, y Decretos
Pontificios
en favor del Misterio de la quíssima Concepción
de Nuestra Sra.

D.
diversas Cartas de Reyes, Reynas, Príncipes
assi Ecclesiásticos, como seculares
escritas a los Summos Pontífices en diferentes
ocasiones
pidiendo la definición del misterio de la
Concepción de Nra. Sra. Tomo Primero.

El Indice de los Papeles está en la otra siguiente.
Pabado
se el S. Ms. Sacram y La Inmaculada
Concepción de la Virgen María nra. S.
concebida sin pecado original.



No tiene papel alguno quebrado
por el expurgatorio R. D.,
o decretos q' tienenlos o los q'
an salido hasta el año
R. D. 22.

Central river, which
origin

comes, during the winter, from
the north.

Geographical

Geographical

most part, well & watered
water abundant.

comes, as before, from the north
waters.

Geographical, which is derived
from the north.

Geographical

comes, as before, from the north
water abundant.

2

Indice
de los Capítulos de este Tomo.



With
and the
of G.





de opiniione sicutiuscundam Concubitionis Debet. Virgines MARIÆ.
Qui, Motu proprio, concorditer Hispanus Ordinis Prædictorum, adiutori eis missione populi
PRAEVAE SANCTISSIMI D. N. GREGORII PAPÆ XA



GRÉGORIUS PAPAX

Ad futuram rei

2018

A circular blue ink stamp. The outer ring contains the word "UNIVERSITY" at the top and "ALBERTA" at the bottom, separated by a horizontal line. The center of the stamp contains the word "CANADA" at the top and "UNIVERSITY" at the bottom, also separated by a horizontal line.

S. Card. S. S. S.

ROYAL. Ex-Treasurer of the Canadian Legislature. W.D.C. XXIV.

B R E V E S A N C T I S S I M I D . N G R E G O R I I P A P A E X V .
Quo, Motu proprio, concedit Fratribus Ordinis Prædicatorum, vt inter se tractare possint
de opinione affirmatiua Conceptionis Beatiss. Virginis M A R I A E.



G R E G O R I V S P A P A X V .

Ad futuram rei memoriam .


XIMII, atque singulares fructus, quos Dilecti filii fratres Ordinis Prædicatorum in militanti Ecclesia cuius regimini Diuina disponente clementia præsidemus, attulerunt, & in dies afferunt, promerentur, vt eosdem fratres, specialibus fauoribus, & gratijs, quantum cum Domino possumus, libenter prosequamur. Alias siquidem fœl. rec. Paulus Papa V. prædecessor noster, post longam, & maturā discussionem, Auditis votis Ven. fratrum nostrorum tunc suorum S.R.E. Cardinalium contra hæreticam prauitatem Generaliū Inquisitorum, re accurate, ac diligenter persensa, prouidè considerans, quod quamvis in Const. fœl. rec. Sixti Papæ IV. etiam prædecessoris nostri, super Conceptio-ne B. Virginis Mariæ, pro submouendis inter Christifideles scandalis, rixis, & contentionibus edita, à Sancta Tridentina Synodo innouata, & deinde in alia Constitutione Sanctæ Mem. Pij Papæ Quinti similiter prædecessoris nostri super eadem re, quas idem Paulus prædecessor innouauit cum quibusdam prouisionibus, & adiectionibus pœnarum, pro efficaciori earum obseruatione, relinquebatur vnicuique libera facultas tenendi, & etiam afferendi utramque partem, quod scilicet fuerit, vel non fuerit concepta cū peccato originali, dum tamen neutra veluti erronea, aut hæretica damnaretur. Nihilominus ex occasione assertionis affirmatiæ in publicis concionibus, lectionibus, cœclusionibus, & actibus publicis, quod eadē B. Virgo fuisset cū peccato originali concepta, oriebantur in populo Christiano, cum magna Dei offensa, scandalis, iurgia, & dissensiones. Propterea volens huiusmodi scandalis ex debitio sui muneric prouidere, decreuit, & præcepit omnibus, & singulis cuiusvis Ordinis, & instituti regularibus, & alijs quibuscumque tam Ecclesiasticis, quam secularibus personis cuiusvis conditionis, status, gradus, ordinis, aut dignitatis, tam Ecclesiasticæ, quam secularis, etiam si specialis, specifica, & individua earum esset necessariò mentio facienda, vt in posterum, donec Articulus huiusmodi à Sancta Sede Apostolica fuisset diffinitus, vel per eundem Paulum prædecessorem, & Sedem Apostolicam fuisset aliter ordinatum, non auderent in publicis concionibus, lectionibus, conclusionibus, & alijs quibuscumque actibus publicis afferere, quod eadē B. Virgo fuisset concepta cum peccato originali. Contrafuentes autem dictus Paulus prædecessor voluit, & declarauit subiacere debere, & subiecit censuris, & pœnis contentis in supradictis Constitutionibus suorum prædecessorum, & sua, ipso facto incurrendis. Per huiusmodi tamen prouisionem idem Paulus prædecessor non intendit reprobare alteram opinionem, nec ei vllum prorsus præjudicium inferre, eam relinquentis in eisdem statu, & terminis, in quibus tunc reperiebatur, præterquam quo ad supra disposita. Ulterius sub eisdem censuris, & pœnis mandauit, quod negatiæ opinionem, videlicet quod non fuerit concepta cum peccato originali in præfatis publicis actibus afferentes, aliam opinionem non impugnarent, nec de ea aliquo modo agerent, seu tractarent. Insuper voluit, & expressè mandauit, vt extra hos easus expressos publicos & cluums, in reliquis omnibus supradictæ Constitutiones firmæ, & illesæ remanerent, & exactè obseruarentur, perinde ac si decretum huiusmodi non emanasset. Nuper verò Nos sub die videlicet 24. Maij 1622. in Genera-gregatione Sanctæ Romanæ, & Vniuersalis Inquisitionis, habita in Palatio Apostolico in Monte Quirinali, coram nobis, & Cardinalibus præfatis, ex eisdem suis uitandi scandalis, dissensiones, atque discordias in populo Christiano, quæ pari ratione oriiri possunt, & vt accepimus, in aliquibus regionibus iam or-ant ex sermonibus priuatis occasione assertionis affirmatiæ, supradictum Pauli prædecessoris Decretū extendimus, & ampliauimus etiam ad priuata colloquia, & scripta, mandantes, & præcipientes omnibus, & singulis supradictis, ne de cætero, donec Articulus huiusmodi à Sede Apostolica diffinitus, vel per nos, & Sedem Apostolicā fuerit aliter ordinatum, neque etiam in sermonibus, & scriptis priuatis audeant afferere, quod eadē B. Virgo fuerit concepta cū peccato originali, nec de hac opinione affirmatiæ aliquo modo agere, seu tractare, exceptis tamen quibus à Sancta Sede Apostolica fuerit super hoc specialiter indulsum. Per hoc tamen non intendimus reprobare hanc opinionem, nec ei vllum prorsus præjudicium inferre, eam relinquentes in eisdem statu, & terminis, in quibus reperitur, præterquam quo ad in supradicto dicti Pauli prædecessoris Decreto disposita. Voluimusq. & expressè mandauimus, vt in reliquis omnibus vbi huiusmodi Decretis non aduersantur Constitutiones Sixti, ac Pij, & Pauli præfatorum, necnon rec. mem. Alexandri Papæ VI. prædecessorum nostrorum, super Conceptione B. Virginis firmæ, & illibata remaneant, ac exactè obseruentur, perinde ac si huiusmodi Decretum non emanasset. Et insuper cum S. R. E. De beatissimæ Virginis Conceptione festum solemniter, & officium celebret, Omnibus, & singulis personis Ecclesiasticis, tam secularibus quam cuiusvis Ordinis, & instituti Regularibus, mandauimus, ac præcepimus, vt in sacrosanto Missæ sacrificio, ac Diuino officio celebrandis, tam publicè, quam priuatim, non alio quam Conceptionis nomine vti debeat. Contrauenientes autem voluimus, & declarauimus subiacere debere, & subiecimus, censuris, & pœnis contentis in supradictis Constitutionibus, ac præfato Decreto nostrorum prædecessorum, ipso facto incurreñ. Et ita decreuimus, & mandauimus vbique iniurabiliter obseruari. Non obstantibus in hac parte Constitutionibus supradictis, Decreto præfato Pauli prædecessoris, consuetudinibus, etiam immemorabilibus, necnon omnibus, & singulis, quæ prædecessores præfati voluerunt non obstat, ac alijs quibuscumque in contrarium facientibus. Volentes, & decernentes, pro obseruatione, & exequutione nostri huiusmodi Decreti, & omnium in eo contentorum, quod contra huiusmodi transgressores, etiam Regulares, cuiusvis Ordinis, & instituti, etiam quomodolibet exemptos, & alias quascunque Ecclesiasticas, & secularis personas cuiuscumque status, conditionis, gradus, ordinis, aut dignitatis, tam Ecclesiasticæ, quam secularis, tam Episcopi, & Prælati superiores, alijq; Ordinarij locorum, quam hæreticæ prauitatis vbique locorum deputati Inquisitores procedant, & in eos seuerè animaduertant. Tribuentes eis, & eorum cuiilibet liberam facultatem, & auctoritatem contra eosdem transgressores procedendi, ac pœnis coercendi, & puniendi. Nunc autem, Nos eosdem fratres Ordinis Prædicatorum, quos in visceribus gerimus charitatis, specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & corum singulares personas, à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq; Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutas fore censentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, Omnibus, & singulis dicti Ordinis Prædicatorum fratribus, vt de cætero in quibuscumque priuatis eorum colloquijs, seu conferentijs, inter se dumtaxat, & non inter alios, aut cum alijs, de materia eiusdem Conceptionis B. Mariæ Virginis differere, & tractare, absque vlo pœnarum in dictis decretis contentarum incurſu, liberè, & licite possint, & valeant Apostolica auctoritate, tenore præsentium licentiam concedimus, & impartimur. Decernentes fratres præfatos à quoquam quavis auctoritate desuper molestari, perturbari, vel inquietari nullatenus posse, aut debere, sicq; , & non aliter per quoscunque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores vbique iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his, à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter, contigerit attentari. Non obstantibus singulis præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisq; contrarijs quibuscumque. Dat. Romæ apud S. Mariam maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 28. Iulij 1622. Pontificatus Nostris Anno Secundo.

S. Card. S. Sufannæ.


Cuenter 318 folios útiles foliados
20 en. 1905

319 fol. + fol. 251 a 258 cop¹ + 317 bis + 27 hoy en 61.
faltan los fol. 278 y 279 (resto compl.)

15 - Mayo - 1912







CAJA - 2

65